Placencia. Hic cum solempni comitatu intravit urbem Romanam et Karolum Gallicum instituit regem Sicilie. Nam ante nullus papa per XL annos Romam intraverat propter discordiam Romanorum. Mecum intravit Romam, Constantinopolitanus imperator Baldewinus et rex Karolus Sicilie ambulantes quasi famuli super terram per medium platearum duxerunt equum, cui insedebat papa, per frenum usque ad locum stacionis.

Anno Domini MCCLXXI valde magna fames in regionibus ~~Teutonicis~~ Theutunicis erat, ita quod in festo sancti Jacobi maldrum frumenti Erffordense duas marcas puri argenti solvebat, et panis, quod vix homini uno semel sufficeret, pro uno solido ~~dabatur~~ d. Et multi homines fame perierunt. Cr. S. P.

cf. Cron. Minor. S. Aeg. 47 67v°. sol

Anno Domini MCCLXXII Rex Francie in Terra Sancta obiit. Eodem anno in Biterbio infra missam presentibus cardinalibus et rege Sicilie invidiose occisus est Heinricus filius Richardi regis Anglie. Cr. Saior. alt. SS. [Eodem anno in Franconia tam in villis quam in campis lupi homines crudeliter invadentes plures quam XXX homines devoraverunt, reliquerunt namque gregem et invaserunt pastorem. f. 141! [Eodem tempore Rome puer ex ancilla natus est quadrupes et quadrimanus, oculos quatuor, auribus quatuor, naturam virilem duplicem habens. Cr. S. P. E! [Eodem anno in Erffordia in platea fullonum puer natus est non habens brachia nec manus, qui postmodum in adolescencia sua comedit, bibit et consuit pedibus. L. cr. Ef. Cr. S. P. E. c. 439.

NB!

Anno Domini MCCLXXIII Willekinus advocatus Henrici lantgravii in Wissinsee in nocte sancte Lucie in Reynhardisborn abstulit Alberto lantgravio quiescenti in Tenneburgk centum equos, quos illuc direxerat. Quod cum sibi nunciatum Cr. Reinh.